

siones ecclesie obligatas in magna parte absolvere ^{atque} ad integritatem ecclesie revocare. Inter alia autem allodia ecclesie alienata ipse dominus Treverensis ¹⁾ absolvit a Wilhelmo duce ²⁾ Juliacensi nobilem antiquam ³⁾ possessionem ecclesie Coloniensis ⁴⁾ videlicet opidum Tulpetense cum suis iuribus et districta ⁵⁾ quod quidem allodium a longissimis retro ⁶⁾ temporibus, videlicet a pontificatu olim domini Wigboldi archiepiscopi ⁷⁾ in manibus comitum Juliacensium ⁸⁾ iam sepe obligatum. Idem quoque dominus Treverensis archiepiscopus fecit publicam vindictam et fortem iustitiam de seditionis opidi Andernacensis, qui contra dominum Wilhelmum quondam Coloniensem archiepiscopum inobedienter se erexerant ⁹⁾ auctores quidem seditionis faciens plecti sententia capitali; alios ex ipsis secundum merita perpetuo tamno et exilio relegari, et portem castri Andernacensis dudum per dictos rebelles Andernacenses confractam ipse fecit fortius et melius reparari. Porro idem dominus Cono Treverensis archiepiscopus cum pace et optata subdito- rum quiete administravit Coloniensem ecclesiam sine guerris usque ad obitum domini Engelberti supradicti. Nam fama ipsius probitas et animosa constantia eiusdem comprobata ¹⁰⁾ potentibus et conherminis dominis et maioribus illarum parcium per experientiam ¹¹⁾ fuit nota, et cum hoc illarum duarum ecclesiarum videlicet Treverensis et Colo- niensis in una et ¹²⁾ eadem persona adunata potentia conatus adversari- orum fortiter deterrebat. ¹³⁾

Post obitum autem supradicti domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi vacavit ecclesia Coloniensis stans atque pastore annis duobus et per tres menses. ¹⁴⁾

+ add. 5: Engelbertus autem archiepiscopus predictus opidum Tulpetense recuperare inciperat, sed dominus Treverensis de preteritis satisfecit.

1) Cono add. 4. 4. 4. 2) duce W. 2. 3) Colon. deest 1. 4) districtibus districta C. 2. 5) rebus actis 2. 6) comitis Juliacensis 1. 7) exherant 1. 8) probata 4. 4. 4. 9) experientiam 4. 4. 4. 10) 1) et deest 4. 2) terre- bat 4. 4. 4. 11) a) Eadem ista narratio haud negligenda et ab altera in quibusdam diversa in cod. Wirceburg. fol. 81 et 81'. Inscriptis Librarius: Ex alia chronica extractum.

1) Computat noster tempora vacationis inde ab obitu Engelberti III. usque 1370 nov. 13, quo die data est bulla Urbani V. papae Fridericum archiepiscopum nominans.

⁸²⁷ f. Dipl. Wilhelmi dat. 1367
febr. 2 ap. Lac. III, p. 571.

⁸²⁷ f. Dipl. Gerhardi com. Jul.
dat. 1299 sept. 6 ap. Lac. II, p. 699.

⁸⁴⁷ Promittit Cono dipl. dat.
1366 dec. 24 ap. Lac. II, p. 570:
Item quod... pariemus et co-
heredimus proferviam et re-
bellionem Andernacensium.

ex cod. F. ^{a)}

Mortuo Engelberto cessavit coadiutoria Cononis supradicti; sed capitulum Colo- niense ipsum constituit administratorem generalem. Die vero Sabbati 23. mensis